



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

11. De suspensione Iudæ. Matt 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

incidamus: sed oremus tantū, vt Deus miseriam nostram respiciat, 2. Considera, quamprimū cogitatio de respiscendo iniecta est, statim deserenda esse loca, cætusque hominum, vbi occasio est delinquendi, sicut Petrus deseruit statim aulam Cayphæ. Difficile enim est inter improbos turpi probitatem. 3. nota, ad pœnitentiã veram requiri intimam cordis cõrriptionem, & profusionem lacrymarum. Certe S. Petrus dicitur, tantū calidarum effudisse lacrymarum, quoties galli cantum audiret, vt canales in maxillis ex garris decurrentibus apparuerint.

MEDITATIO XI.

De suspensione Iudæ. Matt. 27. Marc.

15. Luc. 22.

IUDAS videns Christum ad mortem condemnatum, pœnitentiæ ductus retulit triginta argenteos, dicens. Peccaui, tradens sanguinem iustum. Considera, quo homo licet in piorum cœtu sit, si imperfectionibus initio obstitere negligat, progrediat, vt pudore scilicet absterritus, pedem referre nõ velit: nota & dæmonis astum, qui fascinat initio oculos, ne turpitudine peccati appa-

R

rcat

reat: post verò ita turpitudinem exage-
rat, vt desperet. Considera. 2. quanto pre-
tio venditus sit Christus, nempe 30. argen-
teis, cum multæ bestiæ tam vili pretione
vendantur. O res stupenda. Homo enim
debit sanguine filii Dei. Et Deus ven-
ditur 30. denariis. Et quibus? inimicis crue-
lissimis, à quo? proprio discipulo, fure
suis ipsius suspensore.

1. *At Principes Sacerdotum dixerunt. Quid
ad nos? tu videris. Iudas vero proiectis argen-
teis in templo abiens laqueo se suspendit.* Con-
sidera, Petrum commisso peccato veni-
meruisse, quia malorum consortium
deseruit Contra Iudam desperasse, quia
malos rediit. & hinc discite, eos qui in
minum gratiam Deum deserunt, sape
iam in hac vita ab ipsis deserunt. 2. Considera
malæ conscientie grauem carnificinam
vtpote, quæ nec confusionem, nec laqueum
metuit. 3. quam malè perire soleant ap-
stata, vel à fide, vel à religione. 4. Iudas
suspensum crepuisse medium, vt est in
Actis, & viscera eius diffusa, vt qui viscerum
caritatis amiserat, amitteret viscera sua.
qui multa possidere studuerat, etiam
intestina perderet.

5. *Principes autem Sacerdotum consilio*
10 em

temerunt
pergrinor
rum religio
sanguine
rio langu
miles iis q
faciunt, r
gni. 2. Co
rium sang
nisi charit
norum. I
mundum
mus. Ager
cata conf
qui pereg
conuersa

M E

Demiss

MANE
phar
ne cont
DOMI
ti. A resp
vexatus:

temerunt illis agrum figuli in sepulturam
 peregrinorum. Considera præposteram isto-
 rum religionem, qui non verentur animas
 sanguine Christi inficere, & verentur pre-
 tium sanguinis inficere gazophilacium: si-
 milis iis qui grauem Dei offensam parui
 faciunt, res autem parui momenti, ma-
 gni. 2. Considera Dominum noluisse pre-
 tium sanguinis sui in alium usum verti,
 nisi charitatis, vt in sepulturam peregri-
 norum. Ipse enim est figulus, qui finxit
 mundum de nihilo, inquit B. Hierony-
 mus. Ager est mundus. Sepultura, est pa-
 cata conscientia, quam soli illi habent.
 qui peregrinos se agnoscunt in terra, &
 conuersationem habent in cœlis.

MEDITATIO XII.

De missione Christi ad Pilatum. Ioan.

18. Luc. 23.

MANE factò adducunt IESVM à Cay-
 pha in pratorium: Iudai non introierunt,
 ne contaminarentur. **C**ONSIDERA
DOMINVM qualibet hora aliquid pa-
 ti. A vespera vsque mane, tota nocte
 vexatus: & rursus à mane vsque ad vesperã.

R 2

Hora